

Boleslaus Dux Cracoviz partem ville Bolechorwicz
 donat Prandota Episcopo, et Ecclesie Cracoviensium cum
 plenaria libertate.

Quia justis petentium desiderius favor equitatis et
 vigor rationis gratum edigunt impertiri consensum, inde est,
 quod nos divina dispositione Boleslaus Dux Cracoviz et
 Sandomiriz una cum matre nostra inspecta devotione vene-
 rabilis Patris nostri Prandota Cracoviensium Episcopi, et Eccle-
 sie Cracoviz dignis ipsorum obsequiis grato volumus ipsi-
 us petitionis desiderio respondere: et maxime dicto Aposto-
 li irritentes dicentis, quod omnes stabimus ante Christi
 tribunal recepturi sive bonum gesserimus, sive malum in
 die missionis extreme bonis nitimur operibus pervenire,
 et ob remedium anime nobilis Principis patris nostri et
 nostrorum partem ville de Bolechorwicz nostro ducatu contin-
 gentem dicto Episcopo ejusque successoribus canonicè intran-
 sibus in perpetuum pleno jure concedimus possidendam.
 Et ne quis hanc nostram donationem valeat impedire, aut
 ei ausu temerario contrajre, eam presenti scripto memorie
 volumus in posterum commendari, et ipsam nostri sigilli
 munimine communiti. Actum autem in festo Sancte
 Margarethe in Ecclesia Sancti Venceslai, anno Domini mil-
 lesimo, ducentesimo, quadragesimo tertio, tredecima die in-
 trante julio. Presentibus venerabili viro J. Archie-
 piscopo Gnesnensi, Vito preposito Cracoviensium et Sandone Ca-
 stellano Villiciensi, Nicolao Castellano de Besce, Tirza Ca-
 stellano de Sandec, et Stephano Castellano de Cechow, Pe-
 tro Castellano de Woynicz, et aliis junioribus,

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.